



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VI. An propter creaturas amet se Deus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

nedum adæquate specificatum: ac rursus creatam bonitatem esse amoris illius finem; ac primum obiectum; & specificatum eiusdem non esse.

Respondetur etiam ex dictis q. 4. certam, 3. distinguendo antecedens: quod de creatis amoribus concedo; de diuino, & increato nego: oportet enim, ut digne de hoc amore sentiamus, & loquamur plura quæ in creatis nominibus, didicimusque deditere: in hoc quippe propria à Deo ipso, ut sine morio est; ut vidimus, repugnans; intentionalis vero, ab alia, quam Dei bonitate, specificatio, & quasi dependentia ipsius omnimodum ab alio independentiam dedecens: quo circa, & à Dei bonitate specificari adæquate eius amorem oportet, etsi proprie finis eius non sit; & non specificari à bonitate creatæ, etsi quatenus creaturarum amor est, atque inuariat ad creatam extenditur obiectum, motionem illam finis propriam respectu ipsius exerceat: tum quia totum amorem Dei supponit à summa eius bonitate specificatum, & constitutum: nam etiam ne à creatâ bonitate intentionaliter dependeat; quorum postremum in amore creato absurdum non est; primum autem in amore etiam creato non inuenitur.

8. Plura opponit Quirous præter iam soluta quæst. 4. certam, 3. quæ ad duo capita possunt reduci diuinarum perfectionum: commendat enim (inquit) perfectionem amantis non moueri: nisi ex magno bono, nedum summe perfecti amantis Dei; sunt autem creatæ bonæ Dei æstimatione, & respectu, immo & Apostoli Pauli, stercore. Secundum: quia si creaturas propter creatum quid amet de eis gaudebit: quare, & eius felicitas interina, quæ in gaudio de bonis propter se, ut finem appetitibus consistit ex parte saltem à creatis pendeat, quod est absurdum, & à Sancto Augustino supra tale negatum. Respondetur tamen ad primum. Moueri à magno, & non à paruo ipsi opposito prælatiue perfecti, ac summe perfecti amantis esse, quo sensu Paulus omnia arbitrabatur ut stercore, ut Chrysostomus lucis faceret: aut moueri à magno, & paruo absque huius prælatione, vllave oppositione in affectu perfectioris amantis, quam qui à solo magno mouetur nouerit posse omnino esse, & moueri ab omnibus posse, ut cuiusque bonitas mereatur solus esse perfecti summe amantis Dei, & omniamoris diuini. Ad secundum dicto: speciem habiturum difficultatis, si à motione finali bonitatis creatæ Dei etiam erga creatam amor specificaretur, non specificatur autem, ut videbimus.

9. Secundo: si ut bonum, & commodum suum, atque e sui complacentia Deus à bonitate creatæ finaliter mouetur: tunc, & hæc ad extrinsecam ipsius felicitatem, & gaudium de ipsa ad intrinsecam spectare videretur, diximus autem nihil creatum, ut sibi bonum, incommensurabile, vel utile amare vltimum posse Deum: quare atque erga sui amorem posse motionem finalem, immo nec medialem exercere: quippe cuius, & felicitatis eius, creatæ vniuersæ nihil referant; solumque allectimus bonitatem creatam amari à Deo posse propter ipsam, ac motionem proprie finalem exercere ex complacentia diuina erga creaturas saltem rationales, quibus dubio procul bonæ creatæ plura sunt, & æterna salus, ac beatitas summe bonæ, & ob quam ex complacentia hac, ut rationalem creaturam finem cetera Deum condidisse fide Christiana docemur: qui verò Philosophi, etiam præstantissimi, finem tantum Dei in hominum creatione non inuenerunt, sed in oblectamento, vlti, & fruitione visibilium quandoque steterunt: id quidem totum ex hominum complacentia, & amore à Deo ut finem creationis, vniuersi vultum putarunt. Sic Philo Hebraeus de mundi optimo hominis domum architectatum Deum, tanique perfecti suppellectili ornatum ex eius amore inque ipsius oblectamento fuisse statuit: & Seneca vniuersi huius ædificii apparatus contemplantur, exclamauit. Non necessitas tantummodo nostris prouisum est, usque in delicias amamus.



QVÆSTIO VI.

An propter creaturas amet se Deus?

IN hac, sicut & in proximè antea actis quæstionibus fecimus, motuum finale à motiuo specificatio (vtrumque enim particula illa complectitur) amoris diuini diuidendum attentè est, ne quæstionis decisio, immo & propositio absonet: ac si affirmatiua sit resolutio, Theologis pluribus, qui duo hæc motiuorum genera in amore diuino non distinxerunt, sed illum creati amoris instans quoad motionem intentionalem ipsius omnino æstimates confuderunt, videatur aduersari.

CERTAMEN I.

Doctorem placita, & examen.

1. Quæstionem hanc independentem putat Herize noster tractat, de voluntate d. 15. ab eo, quod Deus creaturas propter creatam bonitatem, tanquam finem amet, etsi enim eas tandem propter seipsum, & sui, non autem illarum complacentia amet, poterit se amare propter illas: quemadmodum remotiora media propter proximiora fini intento eligimus, & amamus, & nostri amici amico ex illius complacentia benefacimus, bonaque volumus; sed exempla non præstant: media enim, quæ talia propter ipsa non amantur, ut supra notabamus, nec rationem finis habere possunt: de cuius ratione, ut vox ipsa conuincit, est vltimus amoris nostrum non progredi, idcirco enim finis, siue affectus nostri terminus dicitur, quod vltimus non progreditur. Aliud item exemplum ad rem magis non est. Nam, amici nostri amico cum bona, non ex huius sed illius amore, & complacentia volumus, non huic, sed illi in huius sui amici persona benefacimus formaliter, etsi huic commodum ipsi præstamus, atque materialiter benefacimus: non secus, ac si commodum illud ex nostri complacentia, ac proinde concupiscentia præstaremus. Quare nec dici potest ea illi propter ipsum, siue tanquam finem, siue tanquam finem sui, nec quia ipsi bona à nobis præstari. Ac tandem, ut hæc cessarent, & re exempla non sunt. Neque enim dici potest vel finem vero aliquo sensu amari propter media, vel amico nostro, ex cuius complacentia alteri ipsius amico bona volumus, ac præstamus, ex huius complacentia tanquam finis sui, & propter ipsum bona nos præstare, ac velle: ut oportebat ad probandum Deum, qui amoris diuini erga creatam finis ab Herize allectitur, siue qui siue sui, vero aliquo sensu amari à Deo allectitur: sed huius inconsequentie præsentis, & notatæ supra quæst. 5. inde ortum habent, quod motiuum pure specificatum bonitatis diuina respectu diuini amoris voce propter significatum, à motiuo proprie finali, quod eadem etiam voce significatur, non diuisit.

2. Negare refertur Durandus in 3. d. 27. quæstione 2. num. 6. ubi ait Deum non esse immediatum & proximum concupiscentie obiectum: quia Deus (à se præsertim ipso) mandus est propter se: amore nimirum amicitie seu charitatis, cum quo pugnat amari propter creaturas maxime tanquam finem quoad intentionalem finis motionem. Secundo quia, si Deus ametur ob bonitatem creatam tanquam finem, id quod per se, & naturæ suæ finis est ut medium amabitur vitiosa contra rectum amandi ordinem inuersione, non Deo solum, sed nobis adhuc indigna: & qua peccant, quicunque peccant. Terrio: quia, quicquid amatur propter aliud tanquam finem minus principaliter, atque absolute minus amatur, quam illud aliud: id quod de se, naturaque sua, nec solum vitio nostro, Deo conuenire est impossibile: præsertim respectu amoris Dei.

Dei iustissimi, ac perfectissimi rerum aestimatoris, qui nequit non se summe, ac prae cunctis amabile bonum cognoscere, ac indicare. Rationes has examinabimus diligenter inferius. Nunc solum pro hac sententia recensendi illi omnes sunt, qui Deum propter ipsas creaturas proprio sensu finalis motionis amari negabant q. 5. ut ex nuper dictis contra Herize patet.

3. Secunda sententia affirmat Deum se propter creaturas amare, quam doctissimi innominati, Recentiores docuere apud nostrum Herize tract. de volunt. c. 1. afferentes primo: Deum diligere se propter creaturas ut finem *cui* siue ex ipsarum complacentia. Secundo, ut finem *qui*, seu bonum, quod creaturis ex ipsarum complacentia amatur, tam inadaequatum, quam adaequatum. Hanc eandem sententiam sequutus est ipse Herize, quatenus ait, Deum se amare propter creaturas ut finem *cui* eadem d. c. 1. toto, quia sub eius finem num. 22. censet de hoc solum finem *cui* esse propriam huius loci questionem: tametsi conclusiones horum Recentiorum duae de fine *qui* sibi placere obiter asserat, solidasque earum probationes pollicetur à se dandas disput. 18. verum ea disputatione solum agit, an Deus amet creaturas propter seipsas, ut vidimus q. 5. nihil autem de eo quod Deus seipsum propter creaturas ut finem *qui* velit, vel non velit, immò d. 15. c. 4. negat Deum diligere se propter creaturas ut finem *qui*. Nec video quare non liberat priori loco suam fidem: nec cur sub praesentis questionis titulo aequè proprie examinandum non veniat, an Deus se propter creaturas ut finem *qui* amet, atque ut finem *cui*? cum vtrumque finis nomine, immò vulgariùs finis *qui*, significatur.

4. Aduertunt verò omnes sententiae huius Patroni Deum nusquam se amare, ut medium propriè, propter creaturas, ut finem propriè etiam acceptum: tum quia ad id opus erat, ut medio sui amore creata ad Dei amorem propter ipsa influerent, quod cum identitate amoris diuini erga omnia pugnat: tum etiam addit Herize, c. 4. n. 2. 4. non amari Deum propriè, ut medium ob creaturas, quia non amatur propter eas, ut finem *qui*, ad quem media, quae talia apponenda amandaque sunt, sed propter illas, ut finem *cui* solum: & sane notatum hoc verum aestimo, & ostendam cert. 2. concl. 2. ratio vtrique displicet. Prima: quia solum probat creaturas non posse exercere causalitatem finis respectu amoris Dei cum propter ipsas amatur: ad id enim amoris diuini erga creaturas propter ipsas ab amore diuino erga seipsum propter illas realis distinctio requireretur, quae in vniuerso, & insectili prorsus omniamore Dei repugnat, quae de causa S. Thom. art. 5. & Theologi reliqui amoris diuini nullam vniuersam causam dari posse, docuerunt.

Finalem verò propriam motionem intentionalem diuini amoris citra causalitatem physicam amoris finis in amorem mediorum dari respectu diuini amoris posse omnes Theologi fatentur: docuitque Sanctus Thomas cum ibi, tum 1. cont. Gent. cap. 86. & 87. docens voluntatis diuinæ dari rationem etiam creatam, nullam verò causam: ratio enim, ob quam, est idem atque obiectum intentionaliter mouens finaliter ad amorem, quemadmodum ad voluntatem premiandi nostra honesta opera intentionaliter meritorie propriissime mouent. Secunda Herize ratio, & falsò & ipsi contradictoriè negat Deum amari ob creaturas ut finem *qui*: tum, quia oppositum ipse asseruerat capite 3. numero 22. tum, quia id probant eius rationes pro conclusione de fine *cui* creaturarum respectu amoris Dei: tum denique, quia in hac conclusione de fine *cui* creaturarum respectu amoris Dei erga seipsum apertior est in eius doctrina contradictio: cum asserat Deum omnia, & velle, & praestare creaturis ex complacentia demum sui ipsius, quin in complacentia creaturarum sistat; ut aliquid ex earum tandem complacentia eis velit, vel donet: quod est solum Deum nullatenus verò creaturam aliquam, esse finem, *cui* amoris diuini erga creaturas.

CERTAMEN II.

Nostra sententia etiam rationibus adserta.

1. Dicendum est: Deum se amare propter creaturas ut finem *cui*, & quia ipsis bonus, seu fini *qui* utilis, conducentis, & necessarius est. Conuenio omnino in conclusione cum innominatis ab Herize Doctis Recentioribus, & quoad motionem creaturarum finis *cui* respectu amoris Dei erga seipsum respectu eiusdem huius doctrinae finis *qui* ipsarum respectu eiusdem huius doctrinae contradicam. Probatur facile ex statuta conclusione questione, quod nimirum Deus amet creaturas propter seipsas tanquam finem & *cui*, & *qui*: quia ex amore creaturarum, si propter ipsas quin vltimus ad se tanquam finem *cui* vel qui progredi debeat, fit Deum posse in ipsis vltimate complacere, & ex ipsarum complacentia bona ipsis siue honesta, siue iucunda, licita tamen, non turpia, & vtilia ob hanc obtinenda amare: ut de facto nobis saltem aeternam, & quicquid ad illam consequendam conducit, gratiam auxilientem, iustificantem, & reliqua supernaturalia dona vult, & donat, ex nostri amoris & complacentiae alioqui, & eius in nos amicitia non esset, omnique eius erga nos formalis beneficentia, & gratia esset deneganda, contra Theologos omnes, & Catholicam fidem.

2. Tum sic: atqui Deus nobis utilis, ac profectus, immò necessarius est, cum, ut obiectum, tum, ut efficiens, & beatitudinis nostrae, mediorum quoad ipsam consequendam, siue proxime, siue remote conducentium, & necessarium principium: ergo, & se amat ob nostram beatitudinem, eulque motionem finalem finis *qui*, & ex complacentia nostri, & motionem finis *cui* quae creaturam procul dubio sunt. Quae initio opposita pro negata sententia sunt, atque huius argumenti effugia potius aperire, inferius diluemus: quo, & effugia praecedunt. Probatur secundò: quia ad perfectionem amoris diuini spectat esse omniamorem cuiusvis, & omnium obiectorum quouis modo absque imperfectione amabilium, & ob quamcumque rationem bonitatis in quouis eorum reperitur, ut de scientia, & aliis praedicatis diuinis in genere quouis est constans: aut Deus bonitatem vultualem habet ad creaturas, & in amore sui ob illam nulla est imperfectio: ergo Dei amor de seipso, ut vtili creaturis etiam erit: quod fieri nequit, nisi amor Dei sit ob creaturas finaliter mouentes ad ipsum, imperfectionis defectus ex argumentorum solutione constabit.

3. Dicendum est secundò, motionem hanc bonitatis creaturæ, ut finis *qui*, & finis *cui*, respectu amoris Dei erga seipsum esse, quoad motionem propriè finalem, non tamen primariam, quoad affectum, & primarium motionis finalis effectum. Prima conclusionis pars est perspicua. Nam creaturae mouent Dei voluntatem, ut se ex complacentia creaturarum amet, ut bono creato & vltimo, seu tanquam vltimus terminus eius amoris vultu, utilis, ac necessarius ipse Deus est, atque à seipso cognoscitur. Sed nihil aliud formalis motio finis *qui* & finis *cui* continet: ergo respectu eius amoris Dei ob creaturas motionem propriam finis *cui*, & finis *cui* creaturas exercent. Secunda conclusionis pars haud difficultas probatur: quia primaria finis motio est ad desiderium, amorem, electionem, atque appositionem mediorum ad finem consequendum: ac proinde earum positionem, existentiamque ante intentionem & amorem ipsarum ob finem illum praesupponere nequit: atqui Deus enumeratis modis utilis, necessariusque nobis ad salutem, & reliqua ad ipsam conducentia inter omnia salutis nostrae ex nostri complacentia intentionem à se ipso prae habetur, & supponitur: ergo ratio finis *qui*, & *cui* creaturarum respectu amoris Dei se propter ipsas amantis non est motio primaria finis, quoad affectum, & primarium eius effectum.

4. Est autem propria finis motio quoad affectum, & effectum motus finalis: nempe gaudij de conductencia medijs iam habiti possit, & appositus ad finem consequendum: siquidem ob finis qui vel ex nostri, vel ex alterius complacentia alterutri desiderati bonitatem, & motionem, non solum media, quæ nondum habemus neque appositæ sunt habere, & apponere desideramus sed de iam habitis & apposis gaudemus, vt de equo, vel gladio habitis ad præliandum de libris ad incumbendum literis. Inde verò constat quo sensu verum sit, quod Herize, & Docti Magistri ab ipso relati notabant. Nimirum Deum non amari à se ipso, vt medium propter creaturas, tanquam finem non solum vt causam amoris Dei in se propter ipsas (id enim æque de Deo ipso cuiusque bonitate admittendum est) sed etiam de amore sui, vt medijs propter creaturas amari ob motionem earum proprie finalem: solum enim verum haberi quoad affectum, & effectum primum circa medium vt ex-
plicuimus.

CERTAMEN III.

Diluuntur oppositiones.

1. Quod opponi poterat ex necessaria specificatione amoris diuini sicuti, & creati ab eo, quod ad ipsum finaliter mouet discimus quæst. 7. certam. 2. numero 8. vt. Offensa ratione, ob quam in diuino amore specificatio à fine locum non habet. Ad primum dictio: Deum non solum amore amicitiae, & charitatis in ipsum amabile, sed etiam ex nostri complacentia, & concupiscentia amore vt bonus nobis est rite, recte, atque honeste amabilem esse vt constat ex Tridentino de iustitia sess. 6. c. 11. can. 3. Operari ob præmium eternum malum non esse sed bonum iuxta Psalm. 118. *Deum autem cor meum ad faciendum inquisitiones tuas propter remunerationem*, ac Moyses respexisse in remunerationem dicitur ad Hebr. 11. & Patres omnes ad ea loca, immò verò fidei, & spei virtutes, quæ tales ex nostri concupiscentia, & complacentia in nostram beatitudinem, & creatura alijs tendunt, quin actuali affectu charitatis oporteat ad Deum honestatis, & meriti gratias referri, videantur Vega vndecimo in Trident. cap. 41. Bellarm. tom. 3. lib. 7. de iusticia, cap. 41. Torres 2. 2. disput. 61. dub. 2. igitur concupiscentia affectus non inde malus, aut inhonestus est, quod ex complacentia, & charitate Dei non fit, sed quod turpis, & inhonesti obiecti, vel secundum se, vel ex circumstantiis medijs, vel motiuis, concupiscentia fit.

2. Ad secundum dictio ex dictis quæst. 7. certam. 2. numero 4. nullam esse deordinationem in eo, quod Deus vult ad nostram salutem (vt reuera est) amari à seipso, vt à nobis honestissime amatur. Fore autem si amaretur ob creaturas prælatiue amatas, vt scilicet ex amaretur, etiam ob eas amandas, & obtinendas amittendus esset Deus, vt in deordinatis peccatis affectibus reperitur. Hic autem non ita euenit, siquidem hic Dei vtilis salutis nostræ amor ob salutem nostram, & ex nostri complacentia inhonestus, & peccatum, quo solo Deus amittitur non est; immò verò valde honestus, & à nobis valde magne gratitudinis motuum, ex quo etiam ad charitatem ascendamus, & accendamus. In Deo autem est affectus honestus valde: creatorem complacere sibi in opere, & creatura sua, vellegit illi ex ea complacentia bonum. Instabis: rationem hanc probare possit Deum amare propter commodam naturalia suæ creature ex complacentia huius: cum tamen in eis pure naturalibus commodis nulla possit honestas reperiri, ac proinde à Deo, cuius honestas amare non potest, amor esse nequit. Respondet Herize se solum de amore sui in Deo ob bonam loci Supernaturalia: verum, etiam in rebus ipsis seu honestis, quod etiam in donis supernaturalibus præterea contingit, est in eorum amore & largitione suis creaturis honestissimus Paternus affectus, pietatisque clarificat, est naturalia creaturis commoda
Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

sint: sicuti, & in Parentibus alimenti, & filiis amor, & ministratio: quare nimis meticulosus respondet Herize solum propter bona Supernaturalia creaturæ amare se Deum posse: neque instantiæ facit satis.

3. Ad tertium responderetur etiam ex dictis in amore creato, verum absolute esse magis ac principalius amari, quod, vt finis mouet ad amorem eo quod amatur ob ipsum, quia ad illud vtile, ac conducens: illud enim principalius specificatum amoris creati est, & cuius gratia totus ille amor subsistit, cuius suum cetera amorem debent: secus autem euenit, in amore diuino, qui à fine nullatenus, neque ab eius motione finali specificatur: quia nec bonitas increata propriam finis rationem habet: nec specificate bonitas creatura illum potest, vt diximus quæstione quinta: quare, etsi non vt proprie finis, tamen vt primatio obiecto motiui à seipso Dei amor omnique amor adesse quare specificatur: vnde, & primario, principaliusque, ac magis amatur, quam finis creaturæ, ob quam vt vtile ad illum amatur, etiam à seipso, Deus: cuius quidquid diuini amoris, erga finem creatum est, quoad totam amoris erga ipsum formalitatem creatus etiam finis debet: sicuti quia amoris creati primum principalius obiectum & specificatum finis est, & principalius, & magis amatur, & cetera ipsi vt diximus suum amorem debent.

4. Opponitur quarto: Negari saltim nequit, quin amor Dei de seipso propter finalem perfectionem creaturatum imperfectior sit amore Dei de seipso sue complacentia sui ob motionem intentionalem, et non finalem proprie bonitatis sue: ergo admitti in Deo non debet. Negat consequentiā merito Herize antecedenti admissio: quia plerumque in Deo minus est generis sui metaphysice perfectæ, quam alia metaphysica prædicata diuina reperiuntur, vt voluntas, & intellectus, eorumque actus, quorum vnum alio generis esse perfectioris variè Scholastici censent, alij vnum, alij verò aliud præferentes: & dubio procul essentia metaphysice loquendo perfectior è genere suo attributo quouis, & personalitate est; immò ea sola est tota metaphysica Dei bonitas, & perfectio, & entitas tota, à qua formaliter identitatis physice iure diuina reliquæ entia, bona, & perfectæ adiectiue metaphysice sunt vt vidimus controu. de Trinitate. disputatione 6. Satis ergo perfectionis diuinis attributis, & prædicatis apud omnes Theologos est, si cuique in genere suo nihil metaphysice, è proprijs generis illius deficiat, etsi generis vnus, quam alterius maior sit, vel minor perfectio: id enim non dicit imperfectionem: quia excessus perfectionis alterius generis, qui huic deficit, ad hoc genus non spectat. Quod an in affectibus honestis, & moralium virtutum diuinarum locum habeat suo loco videbimus, nec non ex numero sequenti discipietur.

5. De antecedentis admissione Herize cum Doctis innominatis Recentioribus nostris his est maior: admittente illo; his verò illud negantibus: quia, inquit, etsi amor sui in Deo propter creaturas, vt finem, præcisè consideratus æque perfectus, atque amor Dei propter seipsum sit ex identitate hanc exuit minoritatis imperfectionem: sicuti, etsi cognitio Dei, sue obiecti alicuius in alio tanquam in medio abstractione de se sit, ac subinde abstractionis dicat imperfectionem: at, quia in Deo identitæ intuitiua est, Deique in seipso intuitio perfectissima absque imperfectione vlla in Deo admittitur. Herize impugnatur: Primò: quia doctrina hæc supponit minoritatem perfectionis è genere suo vnus attributi, quam alterius ab omnibus Theologis admissam, imperfectionem formaliter à nemine in Deo admissam, nec admittendam absolute importare. Secundò: quia deprehensa absolute imperfectione prædicati cuiusvis formalis à Deo est reiciendum, quin ex identitate cum alio prædicato diuino, quantumvis perfectissimo possit magis imperfectionem quam suam essentiam formalem exuere, atque in Deo admitti.

6. Hinc Dei vel sui ipsius, vel cuiusvis alterius obiecti in alio tanquam medio quantumvis cum visione intuitiua Dei de obiecto eodem identitatem reiecit: & quidem solutione, & ratione hac, imperfectissima de
E 2 lesq

sele prædicata quævis, siue in linea physica, siue mora: admitti in Deo possent: cum Dei perfectissimis in utroque genere prædicatis identificarentur: quare vt ad Deum cuiusque identitatem admittantur prædicata quævis, secundum essentiam, & formalitatem suam consideranda sunt, an imperfectionem de se se formaliter includant? si enim includant, reicienda erunt, neque admittenda ad Dei, diuinorumque identitatem. Alias frustra à Patribus, & Theologis ad eiusmodi admissionem, de prædicatis, de quibus, an admittenda in Deo sint, necne? disputatur, examinaretur: perfectiones simpliciter simplices, nullamque de se imperfectionem deuoluentes sint, necne? vt vel admittantur vel excludantur à diuinorum identitate: quare ni falsum esset, vt vidimus minoritatem perfectionis è genere suo amoris Dei de seipso propter creaturas, vt finem, imperfectionem claudere, negandum esset antecedens: quoniam vero falsum prorsus id est, erit antecedens admittendum & consequentia neganda, vt dicebamus numero quarto.

7. Dices tandem: Deus ob bonitatem suam comprehendit se, ac subinde sua omnia amat pro priori ad omnem creaturarum amorem: ergo omnimodo, quo amabilis est, & sua omnia amabilia sunt, se amat pro priori ad omnem creaturarum amorem: ergo nequit se amare propter creaturas, maxime vt finem, siue ob finalem eorum motionem ad sui ipsius amorem patet: quia ad amorem sui ob motionem finalem creaturarum oportet creaturas amari, immo in ea linea finalis motionis præamari, cum implicet esse, vel intelligi amorem alicuius propter aliud necdum amatum: quod argumentum, est minus efficaciter contra creaturarum amorem diuinum propter ipsas assertum à nobis quasi, certamine 2. etiam procedit: siquidem, cum amor Dei comprehendens sit, pro priori etiam Dei sunt, quarumque subinde amor ad formalem comprehensionem amoris sui spectat, omnimodo amantur: cum quo pugnat amari pro posteriori propter ipsas; alioqui omni modo quo amabiles sunt non amarentur pro priori, vt dicitur, oportetque, vt Dei amor comprehensiuus sit pro priori, quo se propter seipsum amat, vt supponitur.

8. Sed huic obiectioni tenentur omnes (etiam aduersarii) vtrique per illam impugnata conclusionem) satisfacere: siquidem quovisque creaturae sint, vt absolute existentes, non videntur formaliter, & exercite amari, si quid præstat obiectio. Nihil autem præstat: quia, cum intrinseca Dei bonitas, tum in ordine ad se, quæ est entitativa, & moralis, tum in ordine (nostro modo concipiendi) ad alia, quæ est utilitatis, & conducen-
tiae ad creaturas: ab illis tamen re ipsa absoluta, adæquatam motuum specificatum diuini amoris, vt diximus, sit pro priori illo, quo ob suam bonitatem seipsum, & propter seipsum diligit Deus omni amor formalis, & quoad substantiam, & modum amabilem omnium esse intelligitur; quin accessu obiecti extrinseci, siue pure terminatiui, siue quoquo modo motui pro posteriori aliquid formalis amoris erga, vel propter extrinsecum Deo obiectum aliud accretat: quare pro illo priori omni amoris, & Dei, & amabilem aliorum quoad substantiam, & modum formalis: quare & comprehensiuus amor est, quin obiecta alia siue pure terminatiua, siue etiam motiua accesserint: quod in amore creato non contingit: è cuius, quoad hoc ignorato discrimine, & obiecto præsens, & alia, ex eius inter vtrumque amorem discriminis obseruatione, superius dissecta speciem difficultatis plurimum mentibus ingerunt.



DISPUTATIO III.

De diuine voluntatis, atque eius
actuum libertate erga creata obiecta,
eiusque magnitudine, & constitu-
tione.



DIFFICILLIMAM Theologia totius
disputationem magna sui parte aggredi-
mur: in ea quippe de libertate diuinorum
volitionum, & affectuum Catholica veritas
statuenda primum est: id quod adeo
exiguit difficultatis secundum se est, vt
supponi potius, quam disputari à Catholicis Doctores
posset, vt de facto ab eorum nonnullis sine disputatione
supponitur. A nobis autem exacta disputatione sta-
tuetur, ne dogmatis huius Catholici (sicut nec cæte-
rorum quæ in Theologicis aliis controuersis occurrunt)
fundamenta Theologica ignorentur. Secundo de liber-
tatis volitionum diuinorum constitutio in Dei arcibus
abstrusissimum, (& ex quo, vel maxime dogmatica ca-
rum libertas impetitur) quoad fieri pro nostro hoc via
statu, & capto poterit, disputabitur. Tertio vno liber-
tatis genere, contrarietatisque, an etiam contradictionis vel
neutra diuine volitiones possint gaudere: Quarto de qui-
buslibet obiectis libera volitio à Deo concipi possit: si
enim erga nullam concipi adeo libera volitio valeret
libertas volitionis diuine esset absolute impossibilis.



QVÆSTIO I.

Sitne diuine voluntati, & volitioni
absolute libertas?

Triusque, & potentia volitua, & volitionis li-
bertatem eidem quaestioni, & examini subiiciamus:
quia eadem potentia libertate vtrumque liberum absolute
est, cum ponitur à potentia actus: siquidem indiffe-
rentia potentia ad actum eiusque oppositum, vel omni-
nem potentia libera formaliter & in actu primo est: e-
demque potentia in actu primo indifferenti ad alteru-
trum, cum alterum ab ipsa, qua indifferenti ad illud
eiusque oppositum, procedit, liberum per putam ex-
trinsecam denominationem absolute dicitur, & est;
illud autem absolute tituli quaestioni supra volitionem
non cadit, & appellat, sed supra liberum: appellamus
quippe supra volitionem, hunc reddere posset scilicet:
an Dei volitio absolute talis libera sit? quasi, non li-
bera, Dei volitio absolute (vt æquiuocari legens pos-
set) non foret: quod citra dubium falsum est: cum
Dei erga seipsum volitio, quæ absolute libera non est
sed prorsus necessaria per omnes, volitio tamen Dei
absolute sit; immo & omnivolitio, vt sæpe diximus
& dicemus; cadens verò illud absolute supra liberum
extra æquiuocationis periculum, an Dei volitioni abso-
lute tali circa obiectum aliquod libertas absolute talis
possit subesse? explorato significat.

CERTAMEN I.

1. **C**ontra Dei, ac subinde diuine voluntatis, &
volitionis libertatem errauit quandoque Aristo-
teles veterum fere omnium & Recentiorum iudicio, quo-
rum longum syllabum texi noster Ruiz de Montoya
67.